

Guglielmo di Saponara

D 20

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Guglielmo di Saponara

D 20

1098-12

In nomine Domini, de mense decembri, sexta indictione. Ego Guglielmo di Saponara senior

clare me facio hante supter scripti testes quia dum residerem ego intus castello Burgenze et hante me adesse multis vonis hominibus fidelibus nostris de Burgenze, et inter eos esset domino Lando venerabilis archipresbiter et omnibus audientibus requisita michi fuit ipso monasterio monastero di San Giacomo apostolo di Brienza qui est ante ipso castello Burgenze, ipso monasterio cum omnis suo pertinentis cultum et incultum, stabilem et mobilem et bestie cum peculia maxima et minima. Et quesibit illum michi domno Petro abbas de hecclesia Sancte Trinitatis de ipse Cabe de Salerno. Et consiliatus sum cum domino Lando archipresbiter meus et cum multis aliis nostris fidelibus, et direxi domino Lando archipresbiter et domino Riccardo monachus Sancte Trinitatis ad domino Giovanni vescovo di Grumento venerabilis episcopus Sancte sedis Grumentine de civitate Marsico ut una cum eius obolutione perficeremus illum. Et dum fuerunt plicati hante domino episcopo iam dicto et in eius auribus nostra verba fuerunt recitata et cognita habeo per domino Lando nostrum missum, domino episcopo consensiens nobis fuit exinde. Statim ego Guglielmo di Saponara seniore et ego Giovanni vescovo di Grumento episcopus unanimiter offeruimus ipsum superdictum monasterium cum omnia sua pertinente cultum et incultum, stabilem et mobile et cum sua sortione de ipso molino et cum omnia intro habendum et possidedum quantum tenuit ipso monasterio una die et una nocte et de quantum ibidem se offerire debet pro anima nostra et de patre et matre mea et de fratre et sorore mea (de) offeruimus illum totum in

ipso moansterio Sancte Trinitatis et in manibus domino Petro venerabilis abbas qui modo videtur regere ipso monasterio Sancte Trinitatis et de suis posterioribus. Nos et nostris posterioribus demus et defendamus illum pars supradicto monasterio et at eorum posteriores. Ex quam obligamus nos superdicti seniori et nostris posterioribus ut ista nostra offertione da omnis homo in antistemus et defendamus ab omnique partibus. Quod si non poyuerimus aut noluerimus componamus nos et nostris posterioribus vobis pars supradicto monasterio centum solidos aurei voni et semper claremus illum vobis quieto. Et iterum obligamus nos et nostris posterioribus vobis domino Petro venerabilis abbatis et at successoribus. Et illi homines de Burgenze qui sub scuto nostre potestatis visi sunt abitare et vobis voluerint aliquit exinde contrare vel remove vobis presumpserit componat vobis et at vestris posterioribus quinquaginta solidos aurei voni et taceat at versus vos omni tempore per invitis. Et ego Giovanni vescovo di Grumento episcopus excommunicationem facio tam de me quam et de omnes fideles Dei qui voluerint istum monasterio monastero di San Giacomo apostolo di Brienza remove vel substrahere de suptus Sancte Trinitatis et de sub manibus domno Petro venerabilis abbas et de eius posteriores. Ille homo fiat excommunicatus et maledictus da Patrem et Filium et Spiritum Sanctum et da Virgo Mater Christi Maria et viginti quattuor Seniores et da duodecum Sancti apostoli et quattuor evangeliste et tricenti decem et octo Patres Sancti et subiaceat in ira furoris Domini in amaranatha.

Quam te Iohanne Mari diaconus et notarius sic scribere rogabimus quia interfuisti. # Ego Giovanni vescovo di

Grumento episcopus scribere fecimus qui interfuimus #
Signum manum Lando presbiter # Ego Nicita # Signum
manum Urso # Iohannes presbiter de Lepardo